4. Quod Constantini neophiti ordinatio contra statuta sanctorum patrum deposita sit.

5. Quod eiusdem prevaricationis sit iterata consecratio, cuius prevaricationis est iteratum baptismum.

6. Quod eiusdem prevaricationis sit iterata consecratio, cuius prevaricationis sunt heretici, qui catholicos rebaptizare audent.

7. Quod minor culpa, quam iterata consecratio, infra hereseon denotaciones inveniatur amixta.

fol. 1

8. Adversus eos qui se excusant dicentes „inviti denuo in idipsum consecrati sumus".

9. Adversus eos qui dicunt: Non perdet Deus multitudinem prevaricatorum.

10. Ut qui semel et iterum in eodem gradu consecratus est, a sacro misterio[a] sit excludendus.

11. Ut iuramentum, quod ad[b] scelus committendum pertinet, non sit observandum.

12. Ut ad sinodum, quae manifeste contra catholicam rectitudinem agit, non sit occurrendum.

13. Ut prepositorum culpe nec omnes tegende sint, nec omnes denudande.

14. Ut omnis[d] excommunicatio, que ad facinus comitendum pertinet, non sit observanda.

15. De eo quod scriptum est: Sive iuste sive iniuste obliget pastor, gregi tenendum[e] est

16. De eo quod scriptum est: Omnia quae dixerint vobis, observate et facite.

17. Quod ad peccandum nullius potestati[f] sit obtemperandum.

18. Quod aliud sint pontificales sedes, et aliud presidentes; et quia presidentes si deviaverint, per devia sequendi non sunt.

19. De eo quod scriptum est: Quodcunque[g] ligaveritis super terram, erunt ligata et in caelis.

20. Qualiter Formosus post depositionem suam apostolica auctoritate reconciliatus sit.[h]

21. Quia plurimi sacerdotum depositi fuerunt, et posthmodum reconciliati.

~~22. Qui de sede ad aliam sedem translati sunt.~~

22. Ut id, quod incertum est, soli Dei iudicio relinquendum sit, et de episcopis, qui de sede ad aliam sedem translati sunt.[i]

23. Quod Osius non catholice dixerit, nec catholicam[b] in fine comunionem acceperit.[c]

a) ministerio 3.
b) deest 2
d) deest 3
e) temendum ~~ipse~~ corr. timendum ~~est~~ 2. timendum 3.
f) potestatis 2.
g) quaecunque 3
h) est 3.
i) ita 3; ~~in~~ 2 ~~X~~ ~~verba~~ qui de s. a. a. s. t. s. tanquam titulum capitis 22 ponit, ~~et c. 23 incipit~~ hunc pergens: 23. Ut id q. i. e. s. D. i. r. s. n. e. 24 Quod O. n. c. et sic porro.
b) laicam 3
c) accipiat 3.